UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium, opusculum:||

Clicthove, Josse

Coloniæ, 1527

VD16 C 4208

Index Eorvm Qvae in hoc opere bipartito pertracta[n]tur

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

Visual Library

incolumis, &q̃cunq; hæreticoꝝ molimina inſurgẽ rẽt cõtra turrim hãc Dauidicã ex q̃ mille pẽdẽt clypei, omnis armatura fortiũ (ſanctã dico eccle.) pontificia tua autoritate propulſentur ocyus & cõtundantur. Efflagitat igitur merito hoc indefeſſum tuũ ad promouenda oĩa q̃ integritatẽ fidei eccleſiæq; decorẽ ſtabiliunt, & opprimenda ea, q̃ ipſis ſunt obſtaculo, generoſe adhibitũ. ut hoc noſtꝝ qualecunq; opus, ampliſſimi tui nõis auſpicijs exeat in lucem, eiuſdẽq; autoramento: tranſeat cũ fructu ſpirituali (quẽ lecturis ipſum omnibus imprecamur largius affuturꝝ) in alioꝝ uſum. Vale, bonaꝝ literaꝝ amator & literatoꝝ cultor ſtudioſus. Ex Lutetia Pariſiorum: anno ab incarnatione dominica, 1526.

¶ INDEX EORVM QVAE IN hoc opere bipartito pertractãtur: per ſinguloꝝ capitum ordinem digeſtus.

¶ In primo lib. hæc determinantur.

ERrorem negantiũ ueritatem corporis & ſanguinis dominici in euchariſtia: priſcis temporibus a diuerſis, & præſertim a Berẽgario fuiſſe ſuſcitatum. Cap. I.

¶ Ioannem Vicle. eandem hæreſim circa euchariſtiã etiã reſuſcitaſſe: quã & Oecolãp. & ſui aſſectatores hac itidem tẽpeſtate renouare ſtudent: II.

¶ Aſſertionis illius erroneæ de euchariſtia, conſectatores, non mõ anathematis cẽſuram incurrere: ueꝝ etiam infideles habendos eſſe, ꝙ expreſſis catholicæ fidei articulis repugnent. III.

¶ Ex oblatiõe panis & uini ꝑ Melchiſe. & immolatione agni paſchalis typici recte colligi, ꝙ in ſacro euchariſtiæ, corpus Chriſti uere cõtineatur. IIII.

¶ Per manna popu. Iſraelico exhibitum in deſerto, necnon per panes propoſitionis ueteris teſt. & panem ſubcineritium, Heliæ ab angelo ſubminiſtra-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum: idem oſtendi de ueritate corporis Chriſti in eu
chariſtia, propoſitum. V.
¶ Ex uerbis B. Iob, diuerſiſq; pſalmoꝝ locis, & pro
uerbioꝝ ſententia: etiam cõcludi ueram corꝑis do-
mini noſtri in euchariſtiæ ſacramẽto pñtiam. VI.
¶ Ex euangelica lectiõe, clare etiam demõſtrari ue
ritatem corporis & ſang. domini, in ſacroſancto eu
chariſtiæ myſterio. VII.
¶ Verba Chriſti, in ſexto euangelij B. Ioannis cap.
dicta, de manducatione carnis eius: recte intelligi
poſſe de ſumptione ſacramentali corporis ipſius, et
non tantum de ſpirituali. VIII.
¶ Ex 6. quoq; euangelij B. Ioannis cap. pluriſariam
confici: ꝙ ueꝝ in ſacramento euchariſtiæ ſit Chriſti
corpus, ſecundum ſubſtantiam. IX.
¶ Q. ex uerbis B. Pauli in ſuis epiſtolis ad Corint.
& Hebræ. etiam colligitur uerum Chriſti corpus,
eſſe in ſacra euchariſtia. X.
¶ Sanctionũ canonicaꝝ & ſcriptoꝝ eccleſiaſticoꝝ
autoritate, etiam demonſtrari: ꝙ in euchariſtia ueꝝ
Chriſti corpus, reipſa continetur. XI.
¶ Quatuor inſuper præcipuoꝝ eccleſiæ doctoꝝ au
toritate: confirmari ueritatem corporis & ſanguinis
domini in ſacroſancta euchariſtia. XII.
¶ Sanctoꝝ etiam patrum, Dionyſij, Damaſceni &
Chryſoſto. dictis corroborari ueritatem dominici
corporis & ſanguinis in euchariſtia. XIII.
¶ Sanctum præterea Ignatium, & Cyprianum: gra
ues pœnas ijs qui indigne ſacra myſteria attrecta-
runt a deo inflictas, explicantẽ: eandem de ueritate
dominici corꝑis in eucha. aſtruere ſentẽtiã. XIIII.
¶ Miracula, circa euchariſtiæ ſanctæ contrectatio
nem, a domino plæꝛq; ad fidei conſolidationem o-
ſtenſa: non paꝝ etiam conferre, ad ueritatem domi
nici corporis in ea aſtruendam. XV.

¶ Probatos itidem autores: Euſebium Emiſenum, Anſelmum Cantuarienſem, Rabanumque, & Hugonem de S. Victo. ſuis dictis aſtruere præſentiam corporis Chriſti in ſacra euchariſtia XVI

¶ Aliorum inſuper illuſtrium autorꝝ: Iuonis Carnotenſis & conſcriptoris theologiæ naturalis, cum plæriſq; alijs, teſtimonio: comprobari etiam corporis Chriſti in euchariſtia, ueritatem. XVII.

¶ Ex publica eccleſiæ determinatione, aſſiduo uſu approbata: efficax etiam ſumi argumentum, pro ueritate dominici corporis in Euchariſtia, comprobanda. XVIII.

¶ Aliis inſuper rationibus, ut adoratiōe publica euchariſtiæ & celebratione feſti corporis CHRISTI comprobari, quòd uere ipſum contineatur in Euchariſtia. XIX:

¶ Qꝫ uirtute uerborꝝ Chriſti, cōſecrationi faciendæ deſignatorꝝ: panis in corpus Chriſti, uere cōuertatur, & uinū calicis in precioſum eius ſangu. XX.

¶ Tranſubſtantiationem in euchariſtia: & eccleſiæ determinatione comprobari, & ſanctorꝝ patrꝝ graui autoritate, cui retragari non licet. XXI.

¶ Quis horꝝ Chriſti uerborꝝ: hoc eſt corpus meū: proprius eſt ſenſus. & quomodo illorum uirtute: fit conſecratio ſanctæ euchariſtiæ. XXII

¶ INDICIS CAPITVM PRImi libri huius operis.

FINIS.

¶ In ſecundo libro: hæc diſcutiuntur.

MAgnum in ſacro euchariſtiæ myſterio eſſe miraculum: neque illud alia indigere atteſtatione, q̃ euangelii, in quo plane idipſum explicatur. Cap. I.

¶ Quāuis humanus ſenſus & rō naturalis, nequaq̃ cōprehēdāt ſublimitatē myſterii ſacroſanctæ eucha

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

riſtiæ:ob id tñ nõ deeſſe in eo ingens miraculũ. II.
¶ Apud apoſto. magno in precio fuiſſe miraculum pñtiæ corporis Chriſti in euchar. neq; illud aliquoꝝ ſignoꝝ argumentis debuiſſe comprobari. III.
¶ Non eſſe admittẽdam locutionẽ tropicam: in his dñi uerbis: hoc eſt corpus meũ, ſed propiam : & ſecundũ reꝝ proprietatem, accipiendam. IIII.
¶ Poſt conſecrationẽ, corpus Chriſti etiam recte panem uocari : ſicut & ipſe Chiſtus ſeipſum hoc noĩe .ſ. panis, in euang. ſæpius inſigniuit. V.
¶ Quõ eandẽ eſcam, quam manducauerũt pr̃es antiqui ſub Moyſe, & nos manducamus: eundẽq; cũ ipſis potum ſpiritualem, & nos bibimus. VI.
¶ Idem eſſe Chriſti corpus: in cœlo & in euchariſtia neq; in diuerſis tꝑibus & locis eſſe diuerſum, qđ in altari offertur: ſed om̃ino idem corpus. VII.
¶ Magnum eſſe diſcrimen inter patres antiquæ legis & nouæ: q̃tum ad beneficioꝝ a deo utriusq; indultoꝝ rationem: & ſacramenta noui teſtamenti, ſacramentis antiqui, efficaciora eſſe. VIII.
¶ Corpus Chrĩ ỽe in euchariſtia præſens : recte & oſtentari. fideli populo, & circunferri & reſeruari ipſum q; eſſe ſalutare ſacrificium: quod deo quotidie pro nobis offertur . IX.
¶ Qđ ad complendam Chrĩ promiſſionẽ, quaſi nobiſcũ futuꝝ dixit uſq; ad conſummationẽ ſeculi & ad ſynceriorẽ ipſius in ſpiritu adorationẽ faciendã, corpus eius in euchariſtia recte adeſſe aſſeritur. X.
¶ Ad amplificãdam Chrĩ gloriã, teſtificandamq; eius in nos bñficentiã & eximiũ amorẽ, id ꝑtinere q; corpus Chr̃i uere credatur eſſe in euchar. XI.
¶ Sacꝝ Chriſti corp. cũ manducatur in euchariſtia neq; dentium aut ſtomachi iniurĳs exponi: neq; in corꝑis eam ſumentis tranſire ſubſtantiam. XII.
¶ Sacrã Chri carnẽ indigne mãducatam, aniæ nr̃æ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nõ ingredi ſubſtantiam, neq; in eam traduci. ſed co
pioſis gratiarum donis eandem locupletare, & ſpi
ritualem reddere. XIII.
¶ Præter ſumptionẽ corporis Chrĩ ſpiritualẽ neceſ
ſariã adhuc eſſe ſumptionẽ eiuſdẽ ſacramẽtalẽ: tẽpo
re cõgruo ſecũdũ eccleſiæ decretũ faciẽdã. XIIII.
¶ In ſancta euchariſtia nõ ſolũ eſſe nobis relictam
memoriã paſſionis Chrĩ: ſed ue℞ etiã ipſius corpus
paſſũ pro nobis, & ibidẽ re ipſa præſens. XV.
¶ Quamuis ſæpius cõſecretur calix benedictionis
in ſacro miſſæ officio: nõ tñ idcirco innouari, nec
ſubinde ſemꝑ nouũ fieri teſtamentum. XVI.
¶ Per hæc dñi uerba. ſpiritus eſt q uiuificat: caro
nõ prodeſt qcq;. nequaq; prohiberi aut negari mã
ducationẽ corporis Chrĩ ſacramentalẽ. XVII
¶ In ſanctæ euchariſtiæ ꝑceptione: ſac℞ Chrĩ cor-
pus, & mẽtes humanas & corpora ſpiritualiter ue
getare, ꝑ ſuæ uirtutis in illa tranſfuſionẽ. XVIII.
¶ Neq; hoĩes: ſacra euchariſtia corporaliter nutriri.
neq; mures ſanctũ Chrĩ corpus labefactare: cũ ſpe
cies ſacramẽtales erodũt. neq; uermes ex ipſo Chrĩ
corpore in euchariſtia, ebullire. XIX.
¶ Nullum haberi debere incommodum, quod cor-
pus Chriſti ſimul in diuerſis ſit locis in cœlo uiſibi
liter & in euchariſtia ſacramẽtaliter, ex multiplici
authorum teſtimonio, XX.
¶ Ob præſentiã corporis Chrĩ in euchariſtia fideles
nõ impediri: qn ſurſum corda habeant ad dñm, qn
etiã q̃ ſurſum q̃rant, nõ q̃ ſuper terram. XXI.
¶ Rationũ, qbus cõtendit Lutherus in euchariſtia
poſt conſecrationẽ manere ſubſtantiam panis, una
cum ſacro Chriſti corpore: diſſolutio. XXII.

¶ INDICIS CAPITVM.
præſentis operis:
FINIS.